



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatvs

Dript, Laurentius a

Paderbornae, 1672

Ad Antidecalogum Theologico-Policum reformatum ejusq[ue] Authorem
Allusio poëtica Theophili Deirami Parochialis Ecclesiae S. Viti in Well
Pastoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13441

Ad Antidecalogum Theologico-Po-
liticum reformatum ejusq; Authorem Allu-
sio poëtica Theophili Deirami Paro-
chialis Ecclesiæ S. Viti in Well
Pastoris.

Hæresis atra fidem quondã oppugnare solebat,
Hæresis at mores, nunc premit atra bonos.

Plurima nam cœli laxarunt dogmata callem,

Quem tamen angustum indicat ipse Deus.

Deflectunt veteri Sanctorum tramite Patrum,

Seque licet stultos, plus sapuisse putant.

Et fere quodcumq; est pleno ore probabile clamant,

Tandem etiam infernus credo probabilis erit.

Hoc agit ambitio, sophiamque libido novandi,

Falsa placent illis, sint modo falsa nova.

Ni caveas ut rite caves Doctissime Dripti,

Si quod fecisti, perficiatur opus.

Perge novatores hos debellare superbos,

Et repara scriptis, publica damna tuis.

Turba quidem hæc numeroq;, potens, telosq; deco-

Sed sint hi Goliath, tu David alter eris. (ra est,

Illi

Illi apparenti fidunt rationis in auro,
Et temnunt magni verba diserta Dei:
At tecum Deus est, tibi stat justissima causa,
Te clypeo Princeps, proteget ipse suo.
Perge igitur tanto auspicio pia bella movere,
Principe digna viro, nomine digna tuo,
Hoc tua nobilitas, hoc virtus clara parentum
Exigit hanc ipsam, qui præiere viam.

Alia.

Laxones premis, & Papalia jura tueris,
Hinc laxo gemit, & devia turba fremit:
Sed gemat, atque fremat, nihil est quia conscia recti
Mens, Deus, intentum Pontificesque probant.

Lectori